

## QUÆSTIONES ANNO 1889

COLLATIONIBUS THEOLOGICIS DISPUTATAE IN DIOCESE CHICOUTIMIENSIS.

## MENSE JANUARIO.

Petrus, peccata sua confiteus, ita se accusat : « Domum Titii incendio sponte delevi et flammæ domum Caii proxime positam destruxerunt.—Paulum graviter vulneravi et idcirco plurimi Pauli creditores damnum subierunt.—Delictum contra justitiam perpetravi et hoc innocentia cvidam imputatum fuit, qui in carcerem conjectus est, quique ibidem inclusus anno integro remansit.—Philippo lignum furatus sum, imo hov' n ejus famam calumniis laesi : hinc contritione motus, pro eo missas celebrare feci et eleemosynas pauperibus distribui.»

Quærerit confessarius a theologo :

1º *Quænam principia tenenda sint de damnis proximo illatis?*

2º *Quid agendum sit cum hoc parnitente?*

Sempronius, parochus, omnino renuit celebrare matrimonium Titii quem censris Ecclesiæ innodatum esse novit quemque ad confessionem sacramentalem peragendam adducere nequit. Quæritur :

1º *Utrum confessio sit absolute prærequisita ante matrimonium ineundum?*

2º *Utrum aliquid sii positive præscriptum pro adsistentia matrimoniis illorum qui notorie censuris innodati habentur?*

3º *Quid de ratione agendi Sempronii in casu?*

## MENSE MAIO.

Agatha, prægnans, casu audivit excommunicationem latam esse in constitutione Apostolicæ Sedis contra procurantes abortum,